

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Este BOLETIN se publica ordinariamente los dias 15 y 30 de cada mes, pudiendo anticiparse ó retrasarse algún número, cuando las necesidades del servicio lo reclamen y así lo disponga el Prelado. La colección será objeto de Santa Visita.

La Administración del BOLETIN está a cargo de la Secretaria de Camara, donde se admiten subscripciones, mediante pago anticipado de 6 pesetas al año. A las fábricas se hará cada semestre el descuento estrictamente necesario.

E SACRA CONGREGATIONE STUDIORUM

INSTRUCTIO

AD

ILLMOS. AD RMOS. HISPANIAE ARCHIEPISCOPOS
VALENTINUM, GRANATENSEM, TOLETANUM,
SALMANTINUM ET COMPOSTELLAE

PRO IN EORUM SEMINARIIS CANONICE ERIGENDIS FACULTATIBUS
S. THEOLOGIAE, JURIS CANONICI ET PHILOSOPHIAE SCHOLASTICAE.

I. Quum apostolicum privilegium, quo hucusque
usi sunt et adhuc utuntur gradus majores, h. e.,
licentiam et doctoratum in s. theologia et jure ca-
nonico conferendi, Illmi. ac Rvmi. Dioecesium To-
letanae, Valentinae, Granatensis, et Salmantinae
primitus per Breve Pii Papae IX, et dein Archiepis-
copus Compostellanus per specialem hujus S. Cognis.
concessionem, duplici sub conditione tributum sit,
I^o nempe *ad beneplacitum Sanctae Sedis*, II^o *donec* (sic
explicite declarante Gubernio in decreto XXI Maji

MDCCCLII, art. X) *Seminaria generalia erigerentur*: Summus Pontifex Leo XIII, ne diutius in incertum et quasi precaria ratione res in gravissimo studiorum et graduum collationis negotio ultra procederent, omnibus mature perpensis, in plenariis Emorum Patrum hujus S. Cognis. comitiis habitis die V, mensis Junii, mandavit, ut ad normam juris, nulla adhuc interposita mora, in quinque praedictarum Diocesum Seminariis Facultates, more universitario, constituerentur et canonice erigerentur, sive s. theologiae, sive juris canonici; quibus etiam Facultas adjici poterit philosophiae scholasticae, cum jure et privilegio *in perpetuum* gradus omnes conferendi clericis, qui Facultatum scholas rite celebraverint.

II. Scopus, quem eadem Sanctitas Sua in demandanda hujusmodi canonica Facultatum erectione Sibi proposuit consequendum, ille potissimum est, ut clericis perillustris totius hispanicae nationis, qui ingenio ac pietate praestantiores ab Epis. per Dioeceses inveniantur, copia penes praedicta Seminaria fieret, studia omnia ecclesiastica altiori prorsus ratione excolendi, sicut et sacrarum scientiarum natura et dignitas expostulant, et prouti vel ipsae temporum circumstantiae a clericis requirunt in veritatis et fidei juribus, ipsis scientiae armis, contra innumeros hostes strenuo defendendis.

III. Verum hujusmodi Facultatum constitutionem more universitario peragendam, quum nonnisi ad Dioecesium ipsarum decus et ad studiorum cleri incrementum quam maxime conferre perspicuum sit, Beatiss. Pater Archiepos. praelaudatos summopere commendandos voluit, ut in nobilissimum hoc opus alacres et solliciti operam et studiis impendere non renuant, decessu haud dubitans pro Praesulum studiose in optima quaeque incaepa pro suis Ecclesiis perfici-

cienda, et pro eorum erga S. Sedem propenso obsequio in mandatis exequendis.

IV. Attamen ut ad felicem, qui intenditur, effectum erectio Facultatum deducatur, praxis et leges observentur necesse est, quas haec S. Stud. Congregatio semper praescribere solita fuit, quaeque in sapientissima continentur Leonis XIII bulla, quae incipit *Quod Divina Sapientia*.

Hisce profecto adhibitis normis et methodo, spes certa effulget fore, ut brevi temporis spatio ad exemplum earum, quae recentioribus hisce temporibus in Gallia, Italia et Mexico erectae sunt Facultates, novae in Hispania erigendae suos uberes et solidos fructus afferant.

V. Praecipua interim pro Facultatibus erigendis observanda capita sequentia sunt:

I. Statutorum confectio. II. Collegiorum doctoralium efformatio. III. Praefecti et Professorum electio. IV. Recta studiorum ratio. V. Examina et graduum collatio.

De singulis nonnulla praescribere et enucleare necesse est.

VI. Prima et praecipua pro Facultate aliqua erigenda conditio est, ut Statuta conficiantur et adprobentur. Unaquaeque enim Facultas, quae a S. Pontifice privilegio condecoratur gradus academicos conferendi, Statutis innitatur necesse est, tamquam basi et fundamento: iis tamquam legibus Facultas continetur et regitur: in ipsis, moderante quidem Cancellarii auctoritate, omnibus palam fiunt, ut observentur praescripta pro iis exequendis, quae sive personarum jura et munera, sive studiorum rationem, sive collationem graduum, sive omnia denique quae totius universae Facultatis regimen et administrationem respiciunt.

Hunc ad effectum exemplar unicuique Archiepo. transmittitur Statutorum, quae nuperrime pro Parisien-

si, Mediolanensi, et Mexicano Instituto ab h. S. C. adprobata sunt, ut additis mutationibus, quas ob locorum circumstantias inducere Archiepiscopis placuerit, ceu norma et exemplum prae oculis habeantur in propriis uniuscujusque Instituti Diocesani statutis conficiendis.

Caeterum, si quae erunt superanda impedimenta in hac prima erectionis periodo, persuasum sibi habeant Illmi. ac Rmi. Praesules, nil magis h. s. Cogni. cordi esse, quam singulorum votis annuere, et necessitatibus omnibus propensa voluntate pro viribus occurrere.

Attamen, postquam Statuta confecta fuerint, ad S. h. Congnem. transmittenda sunt, ut maturo subjiciantur examini et adprobentur, suprema tandem S. Pontificis auctoritate confirmanda.

VII. Collegia praeterea efformanda sunt Doctorum pro unaquaque Facultate. Universim non minus octo nec plus duodecim membris unumquodque Collegium constare debet. Collegia ista Doctorum haud parvum adjiciunt Facultatibus decus et praestigium: omnesque celebriores Universitates, et rite institutae Facultates per orbem suis Doctoralibus collegiis condecorantur et florescunt.

Doctorum munus et jus est Professoribus, Praefecto studiorum et Cancellario praesto esse; et invigilare ut omnia penes Facultates recte sese habeant, in iis praesertim, quae studiorum rationem respiciunt: item examina candidatorum habere et vota proferre de eorum scientia pro gradibus obtinendis.

Quapropter oportet ut viri scientia praestantissimi e Clero saeculari et regulari eligantur, ut singula Facultatum Collegia efformentur. Professores quidem Facultatum poterunt etiam inter Doctores adscisci; sed juxta praxim ubique receptam et juxta praescripta Bullae Leonis XIII mox citatae, magis expedit ut major pars e Clero saeculari et regulari eligatur.

Oportet autem ut sive Professores sive Doctores Collegiales laurea insigniti sint in ea, quam docent disciplina, vel in cujus collegium cooptandi sunt. Eorum nomina huic S. Congregationi ab Archiepiscopis communicanda sunt, ut eorum electio opportuno tempore confirmationem a S. Sede accipiat.

VIII. Praefectus praeterea studiorum eligendus a Cancellario est: munus et jus illius tribus Facultatibus ceu vice-Cancellarius praesse; de Statutorum fideli executione sedulo invigilare; una cum Doctorum Collegiis diligenter inquirere, an lectiones in singulis Facultatibus a Professoribus traditae catholicam amussim redoleant doctrinam: programmata studiorum et examen a Professoribus quotannis conficienda et a Collegiis respectivae Facultatis revisenda adprobare: candidatorum examinibus, absente Cancellario, praese et votum ferre: alumnos recipere et in matriculae libris inscribere: omnia et denique pro viribus curare, quae ad facultatum incrementum decus, necnon ad solidam alumnorum institutionem magis conferre judicaverit.

Hic vir prae omnibus scientia, prudentia ac pietate praestantior in hoc praefecti munus ab Archiepiscopis deligendus est, a S. Sede confirmandus.

IX. Quod ad Professores spectat, ipsi nedum Doctores sint oportet in ea, quam docent Facultate, sed reapse praestantiores in clero excellant necesse est, sive per studia magna cum laude in Universitatibus catholicis confecta, sive per diuturnum magisterium, vel per edita opera nota et commendata. Ex ipsis enim recta pendet potissimum juvenum institutio, quam non vulgarem et ordinariam, sed ampliorem, profundam, exquisitam et variam procul dubio expostulat sive Instituti natura, privilegio aucti gradus conferendi, sive ipsa graduum dignitas et excellentia.

Sedulo proinde cavendum, ne brevi temporis

spatio obiter Professores immutentur, ac suo precarie quasi fungantur officio in spem aducti pinguiora adipiscendi dioecesana officia et beneficia. Quam maxime igitur refert, ut Professorum decori et firmati consulatur; ipsi enim, ceu pars cleri electior et spectabilior, censendi sunt, quippe qui alumnos in spem Ecclesiae succrescentes excolere debeant assiduis curis, studiis et laboribus, quos honestius digniusque remunerari et decet et debitum est.

X. Sed caput quod curis Praesulum commendandum prae caeteris S. haec Congregatio instanter optat, est *studiorum ratio*. Hoc sub nomine omnia complecti mos est, quae ad studia spectant univrsim penes Facultates singulas excolenda: libros et textus auctorum explanandos: programmata classium et lectionum; harumque aptiorem per annos et horas distributionem: cursuum durationem; et alia id genus. De qua recta studiorum ratione instituenda per singulas Facultates dicendum est.

XI. Quod ad S. Theologiae Facultatem spectat, ex omnium Universitatum et Collegiorum praxi et experientia perspicuum est juvenum solidam institutionem, non ex temporis potissimum duratione, sed magis ex profunda materiarum pertractatione repetendam tuto posse. Septem proinde, qui nunc in Seminariis Hispaniae insumuntur anni in S. Theologia addiscenda, nimii ab h. S. C. Emis. PP. inventi sunt: eosque ad quatuor vel ad quinque ad summum restringendos esse mandarunt. Ita tamen ut duae non feriatis diebus habeantur lectiones theologiae dogmaticae, matutina et vespertina, a duobus diversis tradendae Professoribus, quorum cura erit ita inter se collatis consiliis materias dividere, ut per quadriennium vel quinquennium omnes S. Theologiae tractatus alumnos ampliori, prorsus, et profundiori, qua fieri poterit ratione, exponantur.

Affines Theologiae dogmaticae disciplinae, h. e.,

theologia moralis, institutiones canonicae, Scriptura Sacra, historia ecclesiastica, ac nonnulli linguarum semiticarum cursus per aequam et aptam in singulis annis distributionem edocendae a Professoribus propriis sunt, eo ferme modo et methodo quae ubique viget; h. e., factis, prouti oportet, theologiae dogmaticae potioribus partibus, solidior pariter et altior sit in his disciplinis alumnorum institutio.

XII. Facultatis canonicae vero liberi sunt clericis cursus, nec omnibus praescribendi. Sufficientem enim in jure canonico peritiam per institutiones, durante s. theologiae cursu (ut art. praeced.) traditas, adipisci omnes clerici debent. Sed qui licentiae et laurea gradibus in jure canonico insigniri velint, per solidum triennium Facultatis canonicae scholas celebrare debent. Primo anno institutionibus incumbendum est juris ecclesiastici sive publici sive privati, sed methodo ampliori ab Institutoribus exponantur materiae necesse est, ac in Theologia traditae fuerint: agitur enim de clericis qui specialibus his studiis incumbunt ut magistri in jure renunciatur. Secundo et tertio anno libri Decretalium exponendi sunt omnes binis quotidie praelectionibus, opportunis factis additionibus de jure novissimo et nunc temporis in Ecclesia vigenti, necnon aptis comparationibus adjectis cum jure civili et patrio.

XIII. Mens praeterea et ardens S. Pontificis votum est, ut Facultatibus theologiae et juris canonici Facultas etiam in quinque Seminariis adjiciatur philosophiae scholasticae. Solida enim et optima juvenum institutio in philosophicis disciplinis praecipua et prima basis est universae scientiae et velut aurea clavis ad theologiae aliarumque scientiarum comparandos thesauros.

Tribus vero annis philosophiae cursus absolvitur. Primo et secundo anno rationalis philosophiae partes exponendae sunt, h. e., logica, ontologia, cosmolo-

gia, anthropologia et theodicea; tertius vero annus insumendus est in juris naturae et ethicae studio.

Per tres vero singulos annos philosophiae scientiae affines explicandae sunt, h. e., mathesis, physica et astronomia, aliarumque naturalium disciplinarum praecipuae notiones.

Duo tamen prae oculis hac de re habeantur: I.^m ut in philosophiae rationalis expositione methodus scholastica semper adhibeatur et latina lingua in textibus auctorum enucleandis, qui doctrinam fideliter D. Thomae propius redoleant et sequantur. II.^m cavendum ne, haud laudabili profecto nunc temporis in vecta inversione, potiores scientiis philosophiae affinibus et subsidiariis fiant partes, in verae philosophiae detrimentum; sed potius e converso.

XIV. Verum altiora haec trium Facultatum studia minime ab alumnis aggredi fas sit, quin prius apprime eos instructos fuisse certo testimonio constet in humanioribus litteris ac praesertim in lingua latina. Hujusmodi linguae peritia non mediocris profecto, sed exquisita per inferiorum scholarum cursus acquirenda est: oportet tamen, ut in Statutis explicitè praecribatur, neminem posse ad philosophiae cursum admitti, nisi districto super latina lingua superato examine, scripto et ore subeundo. Quomodo enim altiores cursus sive philosophiae, sive theologiae et juris canonici, qui semper latine habendi sunt, insequi alumni poterunt, qui hujus linguae vel prorsus nescii sint, vel eam haud sufficienter calleant? Impares profecto erunt et semper minus apti praecipuo hoc carentes medio ad scientias comparandas, licet acri praediti ingenio fuerint. Enixe igitur haec S. C. Archiepiscopus quinque Seminariorum commendandos nomine ipsius Pontificis hac instructione intendit, ut summopere provideant quam citius de litterarum et linguae latinae studiis in scholis relevandis et augendis.

XV. Quod denique examina respicit a candidatis subeunda pro gradibus in unaquaque Facultate assequendis, passim videre est in Statutis ab hac S. C. pro aliis Institutis jam adprobatis, ubi etiam nonnulla minoris momenti indicantur, quae graduum collationem respiciunt.

Verum duo haec commendare fas sit: I.^m ut examina semper requirantur pro gradibus conferendis, nullis factis exceptionibus; sine examine enim laureas et gradus conferre S. Sedis tantum privilegium est in eorum favorem, qui re et fama in scientia praeclarissimi testimonio et commendatione Episcoporum inveniantur. II.^m ut examina districte et serio fiant, non remisse et quasi pro forma. Super quibus conscientia oneratur nedum Professorum et Doctorum collegialium, sed potissimum cujusque Archiepiscopi. Nimia enim in examinibus indulgentia studiorum dignitas inficitur, quam relevari potius non imminui necessitas cogit: gradus vero absque debita gravitate et severitate collati in dedecus cedunt sive Instituti sive ipsius candidati.

XVI. Qui ex alienis Dioecesibus sese conferunt penes quinque Seminaria, ut gradibus academicis insigniantur, praeter districta examina superanda, oportet ut solido biennio Facultatum cursus frequentaverint, exhibito prius testimonio theologiae cursum in propriis Dioecesibus explevisse.

Haec est praxis in Universitatibus Romae et ubique recepta, nec ullo pacto ab ea recedendum EE. PP. et ipse S. Pontifex decreverunt: Quanam enim ratione licentiae et doctoratus diplomata, quae exquisitoris scientiae testimonium sunt, iis rite et serio conferri poterunt, qui in Seminariis cursus studiorum compleverint, quorum programmata centralibus conformia non sunt, nec de altiori provident alumnorum institutione in scientiis comparandis?

XVII. Ex Summi Pontificis ordinatione anni

hujus jam exeuntis et proxime advenientis spatium conceditur, ut juxta ea quae dicta sunt, et conficiantur Statuta, et Collegia Doctorum efformentur, et recta demum instituatur studiorum ratio. Sed hoc elapso temporis spatio, nisi amussim et fideliter omnia executioni mandata fuerint, quae hac Instructione pro in quinque Semanariis erigendis Facultatibus praescribuntur, suspendi eadem Sanctitas Sua privilegium jussit, quo hucusque Archiepiscopi usi sunt apostolico, licentias et laureas nomine S. Sedis conferendi.

Duo tamen ex nunc temporis, nulla interposita mora, permitti non posse hujus S. C.^{is} EEm. Patres decreverunt: I. Ne gradus sine examine vel examini- bus tantum pro forma et nimis remisse peractis, conferantur: et de hoc conscientia oneratur unius- cuiusque Praesulis. II. Ut gradus propriis Seminarii alumni tantummodo, non alienis conferantur: si quae ob peculiare circumstantias vel ob Beneficia obtinenda aut jam obtenta necessitas coget alienis alumni gradus conferre, recurrendum est pro dispensatione toties quoties ad h. S. C.

XVIII. Hujus instructionis executio ex Pontificis ordinatione demandatur Nuntio Apostolico, cujus erit consilia conferre cum Archiepiscopis pro in eorum Seminariis erigendis Facultatibus, eorumque curas et operam suae consociare actioni. Omnia tamen referenda et comunicanda sunt huic S. Congregationi pro opportunis, si opus fuerit, dandis explicationibus, monitis et dispensationibus in hac prima Facultatum institutione.

Datum Romae die 30 Junii 1896.—C. CARD. MAZZELLA, *Praef.*—JOSEPH MAGNO, *a Secretis.*

COMISARIA GENERAL DE CRUZADA.

Relación de las sextas partes y consignación anual que corresponde á cada una de las diócesis de la Península é Islas Baleares y Canarias, según dispone el Real decreto de 18 de Octubre de 1875 y el art. 4.º del Reglamento de Cruzada é Indulto Cuadregesimal de 10 de Agosto de 1893.

DIÓCESIS.	SEXTAS PARTES.		ANUAL.	
	Pesetas.	Cts.	Pesetas.	Cts.
Albarracín.....	379	30	2.275	80
Almería.....	1.999	37	11.996	22
Astorga.....	15.508	80	93.052	80
Avila.....	5.137	90	30.827	40
Badajoz.....	1.617	52	9.705	12
Barbastro.....	2.046	51	12.279	06
Barcelona.....	10.893	38	65.360	28
Burgos.....	19.978	»	119.868	»
Cádiz.....	1.833	12	10.998	72
Calahorra.....	6.166	47	36.998	82
Canarias.....	1.742	62	10.455	72
Cartagena.....	5.307	59	31.845	54
Ceuta.....	24	68	148	08
Ciudad-Real.....	1.575	51	9.453	06
Ciudad-Rodrigo.....	1.240	96	7.445	76
Córdoba.....	3.875	57	23.253	42
Coria.....	872	65	5.235	90
Cuenca.....	2.244	84	13.469	04
Gerona.....	11.078	70	66.472	20
Granada.....	3.196	68	19.180	08
Guadix.....	758	26	4.549	56
Huesca.....	1.890	53	11.343	18
Jaca.....	1.904	13	11.424	78
Jaén.....	2.316	48	13.898	88
León.....	12.890	25	77.395	50
Lérida.....	6.156	27	36.937	62
Lugo.....	20.218	44	121.310	64
Madrid.....	8.595	41	51.572	46
Málaga.....	2.679	54	16.077	24
Mallorca.....	5.165	31	30.991	86
Menorca.....	1.282	60	7.695	60

DIÓCESIS.	SEXTAS PARTES.		ANUAL.	
	Pesetas.	Cts.	Pesetas.	Cts.
Mondoñedo.....	8.831	05	52.986	30
Orense.....	20.231	46	121.388	76
Orihuela.....	3.472	04	20.832	24
Osma.....	3.635	45	21.812	70
Oviedo.....	34.984	52	209.907	12
Palencia.....	6.760	75	40.564	50
Pamplona.....	20.071	84	120.431	04
Plasencia.....	1.283	41	7.700	46
Salamanca.....	4.020	03	24.020	18
Santander.....	9.723	83	58.342	98
Santiago.....	28.987	58	173.925	48
Segorbe.....	854	06	5.124	36
Segovia.....	3.265	13	19.590	78
Sevilla.....	8.201	82	49.210	92
Sigüenza.....	3.311	89	19.871	88
Solsona.....	5.521	87	33.131	22
Tarazona.....	2.729	59	16.377	54
Tarragona.....	5.670	79	34.024	74
Tenerife.....	1.208	61	6.251	66
Teruel.....	2.088	17	12.529	02
Toledo.....	3.400	»	20.400	»
Tortosa.....	7.903	34	47.420	04
Tudela.....	365	10	2.190	60
Tuy.....	7.250	64	43.503	84
Urgel.....	8.672	92	52.037	52
Valencia.....	16.925	63	101.553	78
Valladolid.....	1.646	83	9.880	98
Vich.....	11.653	03	69.918	18
Vitoria.....	36.659	64	219.957	84
Ibiza.....	683	07	4.098	42
Zamora.....	4.710	66	28.263	96
Zaragoza.....	9.688	77	58.132	62
<i>Sumas totales.....</i>	445.500	»	2.670.000	»

Toledo 5 de Enero de 1897.—V.º B.º—El Cardenal Monescillo y Viso, Comisario general de Cruzada.—Por mandado de Su Eminencia Reverendísima, el Secretario Contador, Eduardo Moreno Caballero.

Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo de Osma.

E S. CONGR. EPISCOP. ET REGULAR.

NECESIDAD DE DISPENSA PARA QUE LAS RELIGIOSAS EJERZAN
ACTOS DE DOMINIO, SALVO EL VOTO DE POBREZA.

BEATISSIME PATER:

Episcopus Zamorensis, in Hispania ad Pedes S. V. provolutus humillime exponit: N. N. Sanctimonialem Ordinis Praemonstratensis in conventu civitatis N., hujus dioecesis, ex Constitutionibus civilibus hispanicis jus habere ad haereditatem capiendam, quae eidem contigit ex morte fratris presbyteri recens defuncti. Hinc quaeritur: 1.º An praefata sanctimonialis, posita solemnibus religiosa professione quam jamdiu emisit, licite in conscientia possit gestiones agere, sive per se sive per procuratorem, ut haereditatem capiat proprio nomine coram saeculari iudice, in bonum tamen totius communitatis, ut par est; vel potius egeat, ratione voti paupertatis, legitima dispensatione ad praedictas gestiones juridicas agendas ad haereditatem acquirendam? 2.º Dato quod dispensatione egeat: an haec eidem tribui possit a conventu Superiorissa, aut ab Episcopo cui conventus subest: vel necessario, ratione solemnibus voti, a Sede Apostolica obtineri debeat? Demum, posita necessitate recurrendi ad Apostolicam Sedem pro praedicta dispensatione, Episcopus orator suppliciter postulat: 1.º Ut praefatae sanctimoniali facultas tribuatur ad juridicas gestiones per procuratorem instituendas ac perficiendas pro haereditate sibi ac proprio nomine capiendam, quae in bonum cedat totius communitatis. 2.º Ut eidem Episcopo oratori sufficiens facultas elargiatur ut dispensare possit super vota paupertatis in casibus similibus ad id ut providere valeat pro urgentia quae regulariter in iisdem occurrit. Et Deus...

Sacra Congregatio Emorum. ac Rmorum. S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, super praemissis censuit respondendum prout respondet:

Ad 1.^{um} et 2.^{um} providebitur in Tertio.
Ad 3.^{um} Affirmative pro petita facultate; ita tamen ut haereditas acquiratur Monasterio. Ad 4.^{um} Affirmative pro petita facultate ad triennium pro casibus dumtaxat urgentibus in quibus nempe non suppetat tempus recurrenti ad Sanctam Sedem. Romae 15 Januarii 1897.

† S. CARD. VANNUTELLI, *Praef.*

NOTA. Se encarga á los confesores de monjas que tengan presente esta declaración, y que instruyan sobre ella á las Superioras.

LA BASÍLICA DE SANTA TERESA.

¡Santa Teresa y sus devotos nos piden una Basílica!, decíamos desde la Cátedra sagrada en Alba de Tormes el día de la fiesta de nuestra ínclita Santa del pasado año, cuando la muchedumbre de sus devotos rebosaba en la iglesia, y el atrio, y la plaza del convento de las Madres Carmelitas, y su oleaje y estrépito por entrar en el santuario sofocaban la voz del orador y aun el canto del coro, y hube de atraer buen golpe de gente á otro lado y llenar el templo de los Padres, y predicarle allí, dejando algo de sosiego y silencio en la solemne función celebrada ante la tumba y corazón de la Reformadora del Carmelo. Semejante afluencia de fieles la vemos y admiramos há ya rato; el pensamiento de la Basílica ha bullido también en muchas cabezas, siendo perseverante halago de los Obispos, especialmente desde el último centenario teresiano. Abierta ahora la línea férrea transversal, y tocando la estación de Alba de Tormes con la de Salamanca, como en este año pasado se llegaron ya peregrinaciones de Baviera y de Oporto, se acumularán más cada año, y es fuerza que nosotros no detengamos, sino que más bien impulsemos la corriente de devoción y entusiasmo hacia esa Santa tan simpática, que es el atractivo de la piedad sólida, y la nobleza é ingenuidad de las almas, de los entendimientos peregrinos y ocurrentes, y los corazones generosos, los de ardoroso temple y abnegación sublime. Enciéndensenos de rubor las mejillas al pensar en las impresiones de los extranjeros que, venidos de regiones cultas, ricas y prosperadas, lo propio en las moradas del campo que de las poblacio-

nes, los mismos que contemplan admirados los restos de nuestra grandeza, como los monumentos arquitectónicos de Salamanca y Toledo, vean luego por sus ojos el modestísimo templo alzado á la Santa Virgen, ornamento preclarísimo de España, admiración del orbe católico, Madre de tantos hijos esparcidos por toda la tierra.

¡Y que haya sido preciso que el pueblo cristiano empuje con su fé y su entusiasmo, y venga á ensanchar el angustioso recinto, retrato de nuestra tibieza, nuestra estrechez y encogimiento! Pues ¡viva la fe y el aliento poderoso de nuestro pueblo! A mí me toca recoger sus santos anhelos, bendecirlos y darles la forma vivificante y creadora. Esperábamos la ocasión oportuna, á que esta obscuridad y angustia que nos rodean en España con el duelo de las guerras coloniales, rompiesen en días de luz y de paz, de regocijo y nuevas empresas. Pero nuestro pueblo no sufre entretenidas, y los pacíficos y holgados extranjeros menos, y, para decir verdad, tampoco nosotros; antes pienso yo que debemos buscar protectores en el cielo, cuya mano bienhechora nos abra esos días de ventura.

Cúpome la honra de exponer la idea primeramente á nuestra virtuosa y amada Reina Regente, quien la acogió con mil amores, dijo, y bajo su raal protección, como ella y sus augustos hijos se colocaban bajo la tutela de la esclarecida Santa. Y así se ha servido encabezar el Album de pensamientos y obsequios á Santa Teresa, dedicándole precioso autógrafo, y firmando luego, al pié, S. M. el Rey, la Srma. Princesa de Asturias y la Srma. Infanta D.^a María Teresa, que, por llevar este nombre, fué designada igualmente por S. M. la Reina para Presidenta honoraria de la Junta de Damas, promovedoras del proyecto en la Corte. Suscribirán asimismo los demás miembros de la Casa Real.

Nuestro agradecimiento profundo y mil bendiciones para nuestra Reina: gracia, salud y reinado gloriosísimo para nuestro Rey con toda su familia augusta!

Su Majestad se dignó designar asimismo para Presidenta de la mencionada Junta, á la Excma. Sra. Duquesa de Alba, indicada por tantos títulos, la se ha asociado de la Princesa de Pignatta, de D.^a Isabel Soriano de Udaeta, en esta diócesis por sus excelentes prendas, y de las Marquesas de la Mina y Santillana, jóvenes señoras de alto prestigio y preclaras dotes para el objeto.

El Rvmo. P. General y Venerable Definitorio de la Descalcez Carmelitana, han recibido el pensamiento con aplauso y gratitud, disponiéndose á favorecerle oportunamente.

Y ya llegan á nosotros preguntas y ofrecimientos para trabajar sin descanso en la obra, así en España como en el resto de Europa y las Américas.

Nosotros, lo que deseamos por hoy es difundir la noticia, dar á conocer á los innumerables devotos de Santa Teresa que pensamos en honrar más espléndidamente sus venerandos restos, aquel su corazón transverberado; para que, sin apresuramiento, y por sola la piedad espontánea y la constancia, se forme el caudal conveniente de muchos arroyuelos, de los desprendimientos populares sobre todo, reflejo de la veneración universal.

A labrar el corazón de la Santa quiso Dios que contribuyeran muchos Santos y muchos Doctores, varias Ordenes religiosas. Y en su colosal empresa le ayudaron Reyes y Obispos, como humildes capellanes y personas modestas. Todo el mundo parecía colocado por la providencia á los piés de la mujer insigne, para servirle en los altos designios del Señor, contrarrestando también estorbos y embarazos de inteligencias menguadas.

Ahora, cuando todo el orbe católico, y fuera de ese orbe, se descubren reverentes ante el nombre de Teresa, ¿dudaremos de la felicidad de nuestro éxito?

¿Qué no hemos de esperar de la atribulada pero invencible España? ¿Qué no de la devoción ardentísima de nuestros hermanos en el Episcopado hacia la incomparable Teresa de Jesús?

Escribimos en la festividad de San José; bajo su patrocinio colocamos el proyecto, en la segura confianza de que los dos Santos, unidos siempre en los templos del Carmelo, saldrán más obsequiados de lo que representa la altura de nuestras esperanzas.

Salamanca 19 de Marzo de 1897.

† FR. TOMÁS, Obispo de Salamanca.

Sumario de este número.—Instrucción de la S. Cong. de Estudios sobre erección de las facultades de Teología, Derecho Canónico y Filosofía en los Seminarios Centrales de España.—Comisaría de Cruzada: relación de las sextas partes y consignación que corresponde á cada Diócesis.—Resolución de la S. C. de Obispos y Regulares sobre si es necesaria dispensa para que las religiosas ejerzan cargos de dominio, salvo el voto de pobreza.—La Basílica de Santa Teresa de Alba de Tormes.

Burgo de Osma.—Imp. de Francisco Jiménez.